

Ernest - Colbe

1642

N<sup>o</sup>  
2471









Solenni Nuptiarum festivitati

Quam

Clariss. atq. Excellentiss.

**Dn. M. HIERONYMVS  
ERNESTI,**

Linguarum orientalium in Academia Electorali  
Regiomontana Professor P.

Et

*Omni sui sexus Virorum genere lectissima  
& conspicua femina*

**ANNA Colbin /**

*Viri Reverendi Clarissimi atq. Humanissimi*

**Dn. M. GEORGII MYLII,**

Pastoris olim Brandeburgensis Vigilantissimi relicta vidua.

*Die 17. Novemb. celebrabunt  
gratulantur*

**Fautores & Amici.**

*Nr 2471*



*1918 2-396*

**REGIOMONTI.  
Typis REUSNERIANIS 1642.**



**A**rdua puncta probè sermonis doctus Eois,  
Ebræi punctum qui tulit omne chori,  
Is Sponsus casto punctum se sentit amore,  
Felicis punctum iam ferat omne tori.

JOHAN BEHM D. Acad.  
p. r. Rector.

**S**iquid nostra novis prodesse carmina tædis,  
Si scriptis unquam vis foret ulla metris,  
Non sic in subitas abiisset MYLIUS umbras,  
Non sic in vacuum COLBIA nostra thorum.  
Jam, nova dum viduo panduntur gaudia lecto,  
Absit, sub numeris quærere vota meis.  
Sint satis, infausto quondam quæ gutture bubo,  
Nunc vestrum cantet lætior ales opus:

MICH. BEHMIUS, D.

**P**hilologos inter quosdam lis nuper oborta est,  
Vox ANNAE à אַנָּה vel ab אַנָּה traxerit ortum?  
Per me quam voluit dirimi pars utraq; ἵτρομον  
Quando agit ANNA, prius mihi verius esse videtur:  
Posterius, quando pœitur: Sic sentio, dixi.  
Nominis est verâ forsan ratione deerro:  
Ite Professore Consultum idiomas Heber,  
Cui nunc auspicio divino jungitur ANNA.  
Fortean Huic diversa placet sententia, Hebræo.  
Hæc lis, hoc dubium est, doctissime Sponse, quid aurem  
Sentis? num quædius nos informare recusas?  
Differ opus (nec differ opus) dum lucidus incret

De-

*Delius Erigones fidus spicamq; nitentem:*  
*Experius melius poteris decidere licetm.*  
*Connubium interibi vestrum, Neonymphe, sit opto*  
*Tranquillum, felix, fecundum deniq; fiat!*  
*O fiat, fiat! mecum sonet hospita pompa.*

**M. Matthæus Reimerus Gr. Lit.**  
 P. P. & F. P. Pt. Dec.

**O** Benè sit tædis vestris, par ritè jugatum!  
 Carmine quò vobis obliger, ipse scio.  
 Sed mea vena nihil nunc carminis egerit, unde  
 Promereat vester dulce levamen amor.  
 Si Tibi vena fluit fundas mihi carmen acutum  
 Sponse, tuo thalamo quod satis es putes.  
 Quod si non possis; & adhuc tamen expetis: idq;  
 Nec mea vena potest suppeditare tibi;  
 Suppleat A N N A meum carmen: tu non piger  
 A N N Æ:  
 Ast utriq; Deus: sic ego liber ero.

**M. Michael Eiflerus, PP.**  
 novis nuptis ex animo gratul.

**S**iccine Tu moliris iter? longinquaq; tendis  
 Teutonici procul hinc ire per arva solis  
 Et nostras, spretò Musarum Monte, Camœnas  
 Deseris hîc celeri, Dulcis amice, pede?  
 Cimbrica quem reducem cunctorū littora votis  
 Vix Bregelæ sacris fontibus intulerant;

A 2 Jam

Jam sterilis Cathedræ pertæsum vèrtere vela  
Cernimus: en facilem puppis adunca rapit!  
Teq; nec Æoliæ possunt terrere procellæ.  
Turbida sideribus tempora & hæcce vagis!  
Siste; optata deest, adversis nubibus, aura.  
Vela licet Zephyro pandere nulla levi.  
Unde animum potior superûm sententia vertit;  
Carbasa queîs Brumæ nulla parare placet.  
Æquora cum dubias jactant malefida Carinas,  
Ne mergat miseras fluctibus unda rates.  
Annon fata vides tutô Te condere portu?  
Quô vexet puppim nulla procella tuam:  
Cur procul à patriis dilecta cubilia Nymphis  
Inflictô sternit vulnere sæva Cypris?  
Scilicet, ut molli defigat Cynthia somnô  
Lumina, quæ faustô sidere jungit Hymen.  
Felices! roseis queîs tempora Cnidia fertis  
Cingit, dum terrent horrida castra alios.  
Felicemq; animam, quæ candida lumina Nym-  
Conspicit & placidâ rura laresq; fide! (phæ  
Incipe nunc igitur socialia gaudia sponse,  
Tectaq; festivis læta diebus eant.  
Respirantem animam tandem ut post longa læ-  
Tædia jam dulcis spiritus excipiat. (borum  
Excute furtivos Genij Venerisq; libellos,  
Curarum solitos millia multa dare.

Sint



Sint lusus faciles & blandi cōpia amoris,  
 Et joca pulcra tibi, qualia poscit Hymen.  
 Conspergant superi cœlestis flumine roris  
 Nectareo & gratum semper odore thorum.  
 Vivite felices, Pylijq; in secula vestra  
 Pectora perpetuô nectat amore DEus!

Quod animitus vovet

M. Sigismundus Pichlerus

Moral. P. P.

Sic est, & Fratris fuit hæc, quâ conjuge gaudes,  
 Et, quo nunc gaudes, munere functus ego.  
 Cessimus ambo Tibi, voluit quia cedere Jova:  
 Tu citò ne cedas faxit utroq; Deus.  
 Prosit utrumq; bonum, nobis quod profuit, una  
 Dum nobis Tecum Vita beata fiet.

M. Andreas Mylius, Schola Crisp.  
 Rect.

**M**itte, age, mitte graves curas, & pectora, Sponse,  
 Solvo metu: fido fidere disco Deo.  
 Quid mortale genus nos frustra cura futuri  
 Sollicitat? cura est atq; erit illa Dei.  
 Cum glandes alimenta darent, & pecula fontes,  
 O quàm felices secula tulere patres!  
 Qui, quamvis longò numerarent ordine natos;  
 Cura tamen minor his, major eratq; fides.  
 Nondum Triptolemus sulcabat vomere terram,  
 Et nondum dives fœnore messis erat.

A 3

Cura



*Cura fuit commissa Deo. Cum conjuge conjuncte  
Securam noctem letus agebat humi.  
Cesspes vel Tyriô fuit olim mollior Ostrô:  
Nunc vigiles noctes purpura sæpè trahit.  
Aurea sollicitis nunc rumpunt recta quietem!  
Dormit in auratis cura, metusq; thoris.  
Ante dapes fagus stetit olim; heu! sæpè bibuntur  
Ex auro & gemmis mixta venena mero.  
Sternebat pietas cum sub Jovis arbore mensas  
Cuiq; satis; sat erat glande levare famem.  
Sponse, cui thalamis opto aurea secula: dives  
Cui satis est: sapit is qui scit habere modum.  
Annos Philosophos antiquis moribus opto,  
Cordatus opto tibi, conjugioq; tuo.  
O sic Aristoteles tibi, quem finitimus, annus,  
Et sic Aristarchus, qui novus annus erit!*

faciebat.

Johan Sandius.

---

**Q**uis duri est adeo sensus, frontisq; severæ,  
Quem non sectari dulcia sæpe juvet?  
Quisq; adeo proprios spernit securior usus,  
Qui non interdum commoda privata velit?  
Atqui conjugio nil ajunt dulcius esse,  
Nil esse utilius, publica fama refert.  
Scilicet huc omnes transfudit Disq; Venusq;  
Deliciis junctas utilitatis opes:  
Aut, ut cum Domino loquar aptius, optima res est,  
Si cui contingat conjugialis amor.  
Quare nil prohibet, quin dicam, clare Professor,  
Qui sanctæ linguæ puncta sonosq; doces,

Omne

Omne feres *punctum*, quia *misces utile dulci*,  
 Dum *sociam socii* quæris habesq; *tori*.  
 Nosti quod *parium*, quæ *vox Chaldæa Scheva in*  
 Effert, *concurfus mox nova puncta creet*:  
 Vel *Chirech*, *oris strepitum* quod *dixeris esse*;  
 Aut *Segol*, *botrum* quod *prope voce sonat*;  
 Vel *Patach*, quod *aperta notat pene ostia*. Quare  
 Non *fallet tritus hic*, *mihî crede*, *canon*.  
 Ex *veitro parium*, quia *sic formatio suadet*,  
*Concurfu*, *Chiree* *profluet exiguum*:  
 Quod *geminas modico vagitu compleat aures*:  
 Aut *Segol*; *vitis nam dabit ista botros*:  
 Aut *Patach*, *patulas*, *per quas benedictio vadat*  
*Diva*, *fores*. Atq; *hæc*, quod *precor*, *omne da*-  
*Ut vobis tot larga manus bona fundat Jovæ*, (*bit*.  
 Quot *Segol*, *Sanctus*, *quot Scheva*, *textus habet*.

*Ita ex animo precatus*

*M. Balthasar Scheidius.*

**S***I Dyschara, Fides, Doctrina, modestaq; Virtus;*  
*Æterno hic thalamus federe charus erit,*

*quod animitus voveo*

*M. Casparus Ledebuhr.*

**C***Hriste veni, thalamum, quem par conscendit a-*  
*micum*

*Ipsè bea: in jugem, ut tibi vergere possit honorem*

*Hoc opus: agnatos soletur, adaugeat Orbem,*

*Lætificet SPONSOS: dum gaudia dia sequantur!*

*M. C. C. Pror.*

*Per-*

**P**Erpulchrūm Par cōjugialis cōpula jungit,  
Copula sit felix, sit ab omni parte beata!  
Sit felix, quod agit, Deus hæc pia cæpta secundet,  
Ut videant natos, & qui nascentur ab illis.  
M. Christianus VValtherus.  
VVerben: March.

---

אשרי לאיש שומר מצוה  
מצוה אלה הויה כבוד  
יהויה לאל יהויה ברור  
ורור והויה יהויה כאור:  
תאכל יגיע ירך  
אשר וטוב מורשך  
תהויה כען טוב אשתך  
נכון גדר הביתך:  
בנים כמטי שורקים  
שלחנך הם סובבים:  
כן יהויה שלום אנוש  
תבונה ברכה לו לראש:  
גם יהויה ימין יהון  
כבר ורכ עושר ואון:  
חסד לאל על-ראשך  
שלום יקבל נבשך:

*Honoris ergo hac Sponso Clariss. & Excellen-*  
*tissimo Praeceptoris & promotori suo ve-*  
*nerando apponere voluit*

M. ANDREAS BROSELIUS

---

**Kathe / was ist daß /**

**A**ls Einem werden Zwen: wann die sich wieder Einen /  
So kompe daß Dritt' herfür / darinnen sich vereinen

Die

Die Zwen/ so Eines sind/ vnd beyd' im Einen stehn.  
 Von Einem biß in Drey/ von Drey in Eins eingehn /  
 Aus Einem wiederumb durch Zwen in Drey außgehen.  
 Nicht höher kompt die Zahl / im Dritten muß bestehen  
 Der Spiegel der Natur; Denn fängt sichs wieder an/  
 Vnd lauffet/ wie ein Radt/ herumb/ so lang' es kan /  
 Vnd immer wenn das Ein' vnd Zwen' vmb's Dritte sorgen /  
 So liegen wiederumb in Einem Drey verborgen.  
 Das gehet so herumb im Radt / daß Eins vnd Zwen  
 Vnd Drey/ der kleinen Welt ein Wunderspiegel sey /  
 Darin die Weisen sich beschawen / vnd auch prüffen/  
 Wie in dem Zirckel Eins vnd Zwen vnd Drey / begrieffen  
 Sey alles in der Welt/ vnd sehet auch/ daß Drey  
 (Wie selkham es auch scheint) vnd Zwen nur Eines sey.  
 Nun wol/ Herr Bräutigam/ wie Zwen aus Einem worden/  
 Vnd doch nur Eines sey / habet ihr im neuen Orden /  
 Darin ihr diesen Tag geretten / schon erfahren /  
 Drum wo die That selbst zeugt/ mag ich der Wort wol sparn.  
 Gott helffe nur / daß ihr auch möget / wie aus Zwenen/  
 Daß Dritte komm' herfür / erfahren vnd euch frewen/  
 Daß ihr erkennet/ vnd mit Augen seht/ daß Drey  
 Nur Eines / vnd das Dritt der Zwenen Spiegel sey.

Albrecht Dietz Faber.

**W**en tritt der Ernste auß; Die Liebe tritt nun ein;  
 Das stumme Scheva muß auch ißt stets lautend sein.  
 Dir ist entfallen nun was du dir vorgenommen  
 Bñ daß ins Vaterland du woltest wieder köm'n/  
 Wie du mir oft gesagt. Seh't was die Lieb' richt an?  
 Daß wann man kommen sol/man doch nicht wollen kan.  
 Sie zieh't bey allen ein/auch oft ehe wir es fühlen  
 Vnd findt auch in allen Thun auch Materij zu spielen.  
 Drum

Drumb glaub ich nichts den Worten / Ich lern auß dieser  
That.

Das auch die Makkaph dich hierzu erinnert hat.

Zu sonderbahren Ehren schreib dieses seinem  
hochwehrtten Freunde

L. Z. F.

---

**E**Rgo Palæstinos alius calor obruit ignes,  
Et veteres superat flamma novella faces?  
Ergo animo, Eois, Viduam, præferre Puellis  
Quæ sub Sarmatico sidere nata, sedet?  
Nunc etiam spernis lapides Orientis, & Aurum  
Quod legit è venâ divite mollis Arabs.  
Quin & Erythæo prognata Corallia Ponto  
Respais, atq; Indum jam tibi sordet Ebur.  
Sola adeo, invictæ sic stat sententia menti,  
Littoribus Pruffis Succina lecta placent.  
Succina, vix tantis, queis se Gangetica Cœlo  
Attollit tellus, anteferenda bonis.  
Sed tamen & Gemmas, Ebur, atq; Corallia, & Au-  
Eruere hinc facili quis ratione queat. (rum,  
Fingit Idumæo natam sub marmore stirpem,  
Qui sua virgineus purpurat ora sudor:  
Mox probitas, fortisq; feræ Patientia victrix,  
Aurum, multiplici purius igne, dabunt.  
Ingenuæ candor mentis, cretataq; morum  
Dexteritas, niveum rite notabit Ebur.  
Discute florenti reliquas in corpore dotes,  
Jurabis gemmis cuncta micare suis.  
Maçte his divitiis, Neonymphe, faventia summi  
Queis caput hoc voluit dulce beare, soli

Lon-

Longævas, voveo, foveant tua Succina flammâs,  
Extremum pereat nec calor ante rogam.

Fridericus Wagnerus

P. Misnius.

---

**Q** Vicquid adversi venit hinc & inde  
 Obviam menti bene præparatæ,  
 Id pius, dulcem meditando fructum,  
 Fert Amor omne.  
 Te citò exemplum, Venerande Sponse,  
 Tu quoq; optatos fugiens penates  
 Orbis in tractu vario laboris  
 Signa dedisti.  
 Tellus Anglorum loquitor, nec ipsa  
 Belgia involvas piceis Silent  
 Nubibus mores, studiumq; Sponsi,  
 Cui favet æther.  
 Ast rarum fructum rigidi laboris  
 Jam capis. Semper cumuletur idem,  
 Crescat, & Sponsos decoret parentum  
 Nomine Jova!  
 SIMON WEIDA.

---

**N**escia mens nostra est fati sortisq; futuræ  
 Nescia quæ tellus nos habitura fiet.  
 Ille satus procul excurrens ubi Rhenus obortus,  
 Pòst pulsus fatis Albidos arva colit  
 Eoò natus sub sidere sæpe benignâ  
 Fatorum facie tendit ad Hesperium

Quin



Quin etiam Erfurti prognatus sponfus eandem  
Rellinquens, urbi Prussiae inesse studet.  
Hic nempe egregiae fati felicis eidem  
Virtutis Sponsam porrigit alma manus.  
Id fatum deinceps illos quoq; ditet, amorem  
Augeat atq; sinat longius esse super.

Rudolphus Basoldt. Erfurto-  
Thuringus.

---

**C**lare Vir, & Tu jam sociali federe jungi  
Gaudes, & casti iura subire tori?  
Rectè! conjugium gratior, conamine captum  
Felici, foveo, prospera fata juvent.

Erasmus Mollenhoff Lü-  
becensis.

---

VIRO CLARISSIMO ET EXCELLENTIS-  
SIMO DOMINO SPONSO.

**F**elicem potero vocare te, Vir  
Excellens, duce dum Deo supremo  
Optatum properas inire fædus  
Concordis thalami, tibiq; talem  
Adjungis Sociam, genus parentum  
Quam laudat, decorat venusta forma,  
Commendat probitas fidesq; vera:  
Hanc ut partem animæ tuæ putabis,  
Hæc & te pariter fovebit, ergo  
Hoc tantum precor, ut Deus quiete in

Sum-



Summa Vos jubeat valere semper,  
Et vestris benedicat ipse cæptis.

*Sic merito gratulatur*

Christianus Bilefeldt Lüb.

Sonnet.

**W**ie nun / geehrter Herr / wie wolt ihr Euch verbinden  
Der / die nun Erwer All / mit diesem festen Bande  
Hier / da Apollo wohnt am grossen Pregel's-Randt?  
Wo bleibt dann jener Ort? Bleibt er dan so dahinden  
Da Ihr geböhren seit? Sol er Euch nun nicht finden  
Zu seinen Eigenthum? Das liebe Vaterlandt  
Das Euch doch gleiche Lieb' auch gerne zugewandt /  
Ob gleich der Edle Frid' jek gar dort wil verschwinden.  
Ich weis die Ursach schon. Gott schickt uns selbstn her  
Den Standt ein Weib / das Glück / nichts kompt von ohngesehr  
Nun wol! Ich wünsch nichts mehr als das ihr musset haben  
Was ihr Euch wünschet selbst: Ich seh das Glück jek schon  
Das Gott Euch häufig gibt zum recht-verdienten Lohn /  
So pflegt das höchste Gut die seinen zubegaben!  
Zur schuldiger dienst-erweisung schreibe es  
Hans Heinrich Kolhans.

ΠΡΟΣΩΠΟΠΟΙΑ

ΔΙΔΑΚΤΙΚΗ.

**Q**uæso! cur SPONSUS cedas hoc Mense Novembri;  
Quo remeant Brumæ frigora dura, petiit?  
Hem! rogitas? flagrans est SPONSO COLBIA flamma,  
IPSA fovebit Eum; palleat unda gelu!

Observantiz ergo faciebat

Samuel Stogius Siles.

Alis

**A**lles wechselt bey vns ab/  
Nichts kan ewig hier bestehen:  
Weil die Welt ja muß vergehen:  
Wir auch müssen selbst ins Grab/  
Vnd es ist mit vns geschehen  
Eh wir vns noch des ver sehen.

Dieses wißt ihr wol/ Fray Braut/  
Ihr habts leyder selbst erfahren  
(Vor Verlauff kaum zweyer Jahren)  
Daß auch Dem/ der Euch vertraute  
war/ doch kaum recht bey euch wohnte/  
Gar der Menschen Fraas nicht schonte

Aber wie auff trübe Zeit  
Daß die Sonne pflegt zu scheinen/  
So könnt ihr auch nicht verneinen  
Daß auff Sorg' euch folge Frewde  
Denn/ ob einer Euch entrisßen/  
Könnt ihr schon den Andern küssen.

Drumb/ so denckt nicht mehr zu rück  
Was ihr habt vorhin verlohren/  
Liebt nur Den/ der Euch erkohrn/  
Daß er mög' in Frewd' vnd Glück  
(Vnd wie Gott es sonst wird geben)  
Endigen mit euch sein Leben.

Nun

Nun/ Gott gebe Fried' vnd Ruh'  
 Vnd noch in dem ersten Jahre/  
 Von dem wolgelahrten Pahre/  
 Auch den dritten Mann dazu:  
 Doch nicht nur in diesem Jahre/  
 Sondern Jährlich Pahr bey Pahre!  
**Albrecht Cantingk**  
 von Reval aus Lieffland.

*Chronodisticon.*

**D**et DeVs ætherIVs SponsIs hIs prospera  
 qVæqVe,  
 Atq; sVI VIDEant pIgnora Cara torI  
 Sic voyet  
**Volmarus Holzhausen**  
 Revaliâ Livonus.

**H**δη σοι κείνης, Μνήστερ παιδευτὲ, μέτεσι,  
 Ἦς ἐργίας κομιδῇ καί σε γλυκὺς ἡμερῶν αἰρεῖ.  
 Ἦγεν Κολεῖνῆς δίδοται πὴν σήμερον, ἥπερ  
 Ἐς ἀγαθὴν δὲ ἀλοχῶν, πολλὰς τ' ἀρεταῖς ἀγλαμπῆς.  
 Τένεκα πᾶν ἔχον πάντων ἀντιᾶξιον ἄλλων  
 Δῶρων μάλλον ἐγὼ νῦν εἰμι φέρων νεονύμφων.  
 Κύνει, ὅς θνητοῖσι καὶ ἀθανάτοισιν ἀνάσσει,  
 Δῶς τῆς χερσὶ παύσης, ἐλεήσειτε πίδαξ  
 Ἰμμὶ ἀρρήκτω ὄχῃ δέοι, καὶ δεξιᾶν οἴγων  
 Ἐυλογία θεῶν, ὄλωτ' ἐνανθεῖ πληροῖ,  
 Ἀρπείηντε δίδοι σφῶν μακρῶν τε μακαίρων  
 Ζωὴν, εἰρήνην τρίφιμον, καρπὸν πε γάμοιο,  
 Καὶ τέλει ὅτ' ὠχρῶν καμρὸς θανάτοιο πάρεσι  
 Ἰμμὶ θ' αἰπυτῶν ποιοῖναετῆρέ γ' ὀλύμπου.

**Caspar Close VVernigerodens.**  
**Cheruscus.**

**T**andem tempus adest, tibi quò de pectore grator,  
Clare Vir, Aonii gloria magna chori,  
Morus amicitia, quâ nil reperitur in orbe  
Dulcius, ac animi nobilitate tui.  
Anglia dives agri, pecorum ditissima primum  
Iunxit in Oxonico corpora nostra Solo,  
Blanda statim mutuas nexit concordia mentes,  
Et pia jucundus pectora junxit amor,  
Acriter Aonio sudasti miles in agro,  
Finxisti doctis pectus & ora modis.  
Unde Magisterii merito es cumulatus honore,  
Atq; Professoris nomina clara geris.  
Quàm dexterè cathedra jurata negocia trades  
Ingenij mirâ judicijq; fide  
Testor ego vestras, Britannia dives, Athenas,  
Castraq; Prusiaci Musica testor agri.  
Federe jam gaudes sociali jungere dextram,  
Et pia legitimi jura subire tori.  
Reddè! conjugium grator, tua capta secundene  
Et faveant votis prospera fata tuis.  
Vive precor multos felix, Vir clare, Decembres,  
Vive precor Pylis tempora longa senis.  
Vive precor seram felix, nova Nupta, senectam,  
Vive, tibi geminent sospita fata dies  
Vivite concordi, dulcissima pectora lecto  
Et multâ vestram prole replete Domum.

Faustæ acclamationis  
ergo scripsit

**PETRUS JOHANNIS**  
Ungius Calmariensis Succus  
Morn. Alumnus.

**P**Rutenicis Musis Venerem quoq; clare Professor  
 Prutenicam jungis? Vah! bene conveniunt.  
 Hic Domini mos est: quod quis non credidit unquam.  
 Hoc ipsi casu sæpe venire solet.  
 Sic proponit homo, disponit magnus Jovæ,  
 Sicq; suos fidos mirificare solet.  
 Pergito, nam doctis vix casus gratior ullus  
 Cur secreta fovent juncta Minerva Venæ.

Ad testificandam debitam suam, quâ  
 Excellentiss. Dn. Profess. colit,  
 observantiam f.

Johannes Wetzelius.

**C**Armen me poscis breve. JOVA HÆC COE-  
 PTA SECUNDET!  
 Esse quid hoc brevius, quid meliusve potest?  
 Sic prospera quæq; precatur

Gregorius Schubertus  
 Grudent. Borussus.

**E**Cce ferunt alii sponsis sua vota, quid ergò  
 Nunc faciam? taceam; nunc mea vota dabo?  
 Me pietas movet, atq; tui candoris imago,  
 Gratuler ut tædis, ô Neonymphe! tuis.  
 Hofce tori faustos socialis grator honores,  
 Ex animo vobis prospera quæq; precor!  
 Pax alis niveis connectat pectora nodo,  
 Nec tangat vestrum fors inimica torum,  
 Velle ac nolle ambobus idem, numerosaq; proles  
 Contingat vobis, pignora cara, precor

C

Hæc

Hæc Deus ipse paret quàm vellem numina præstent,  
Quæ vobis grator pectore & ore simul!

*Clarissimo Dn Sponso gratulatur.*

Christophorus Hoffmannus, Erfur-  
to-Thuringus.

---

**A**uri congestos alius collaudet acervos,  
Quos vocitat solum prosperitatis opus.  
Sint, quibus unum opus est didicisse fideliter artes  
Ingenuas, Sophiæ quæ via strata cluunt.  
Hæc equidem bona sunt non contemnenda, sed aufer  
Conjugium, quid nunc utilitatis erit?  
Scilicet ut mundus fuerit sine lumine solis  
Perpetuò implicitus Cimmerijs tenebris;  
Sic si conjugij pereant pià vota, quid arca  
Mensq; tenet locuples, interiisse scias.  
Hæc servat terras, opera hac minuuntur, & omne  
Molestum vitæ fortius ambo gerunt.  
Sic & Tu Sapiens hæc jura tenere memento.  
**SIC FLUET A JOVA COPIA QUÆQUE  
BONI!**

*Sic rudi Minervâ approperabat Dno  
Sponso Affini suo Honoratiss.*

Fridericus Best.

---

**Q**uæritis unde fluat pia, casta, venusta virago  
A domino talis non aliunde venit.  
Hisq; datur solis, qui pura mente verentur  
Scita Dei, & toti sunt in amore Dei,  
Felix in cujus thalamis ea dueitur uxor!  
Munera non possent huic meliora dari.

Vivite

Vivite mente pares florentes ite perannos  
Et tandem celsi regna subite poli!

*Honoris & amici affectus testandi ergo fecit*

Christophorus Altus junior  
Elbingensis prutenus.

Ad Sponsum Affinem.

Quæ te fata trahunt novelle SPONSE;  
Quid tentas? animive quo coactus  
Instinctu hinc thalamum paras pudicum,  
Et jugalia aves subire vincla?  
Hæc mens, dum patrias relinquis aras,  
Dilectosq; focos, studesq; adire  
Arva incognita, num Tibi, hinc venire, ac  
Tandem in Prussiacis quiescere arvis?  
Hæc ne unquam Tua mens fuit? sed esto.  
Tu saltem tacitâ revolve mente  
Numen munifici DEi sacratum,  
Qui solus sibi amica corda (longè  
Quamvis dissiata) scit potestq; firmo  
Æterno quoq; copulare nexu!

*opposuit*

Georgius Collius Jun.

*Ad Sororem unicè dilectam, Sponsam.*

Dicebas quondam, Te nubere nolle Marito,  
(Postquam primus Amor deceptam morte re-  
liquit.

C 2

Cara



Cara Soror; tua nunc mentem sententia mutat.  
Nunc Thalami optatos, prius haut, celebrabis hono-  
res,  
Teq; Viro perdocto (oritur post nubila Phoebus!)  
Coneris vinclo jamjam sociare jugali.  
Annuat huic coepto tædarum fautor & Autor  
Iova Maritorum & Paradyfi conditor Horti.

*συγχαιρων ἔγραψε*

Christianus Colbius Sponsæ Frater.

---

Συγκαταξάτω ὁ ἁγίος Ἰερνεστός σφί Κολβίτ Ἀννάν,  
ὅτ, ἡ μάκαρ, δὸς ᾧ φέρειτε χεῖρε, ἔη.

*ὀλοκαρδίως*

*ἔγραψε*

Ι. Β. Β. Α.





Auff  
Hn. W. Hieronymus Krusten/

Und

Fraw Anna Colbin  
Hochzeit/

Zu Königsberg gehalten den 17. Tag  
des Wintermonats/

1 6 4 2.

---

Gedruckt bey Johann Reusnern.



8  
Zebor war ewer Sinnen/  
Wie ihr auffer Preussen-Land/  
Von des Königsberges Zinnen  
Möchtet haben ewren Stand/  
Wie ihr dort jenseit der Wellen  
Möchtet finden gute Stellen

Dort/ da ihr erst habt genossen  
Dieses Lechtes in der Welt/  
Da ihr wird viel Bluts vergossen/  
Vnd des Friedes Hoffnung fällt;  
Da bey Herbst- vnd Sommertagen  
Weinberg' ihre Früchte tragen.

Aber was der Mensch nur dencket/  
Was der Mensch nur für sich nimpt/  
Offtmals Gott selbst anders lencket/  
Ihm selbst einen Ort bestimpt/  
Daß er an des Pregel's Flusse  
Hafften muß mit seinem Fusse.

Siehe / hie hat Euch ombfangen  
Eines Menschen trewe Gunst/  
Dessen Wunsch ist vnd Verlangen/  
Euch in reiner Liebes-Brunst  
Stets vnd trewlich zu willfahren/  
Wenn Gott wil / zu langen Jahren.

So

So kan Gott all' vnser Dichten  
Durch nur-eines Menschen Gunst  
Vnd Gewogenheit vernichten!

So muß oft mahl alle Kunst  
Dem/ der ons wil anders leiten/  
Folgen/ vnd nicht widerstreiten.

Weil denn dieses/ wie wir gläuben/  
Gottes weifest' Ordnung thut/  
Der Euch wollen hie beweiben/  
Hie/ da Krieg vnd Schwerd noch ruht/  
Habt ihr an Euch rechter massen  
Was Gott wil/ vollbringen lassen.

Gott du wollest beyden gönnen/  
Was du Ihnen zugedacht;  
Mache daß sie beyde können  
Loben deiner Weißheit Macht;  
Laß sie sich in Freud' vnd Schmerken  
Seyn die allertrewste Herzen.

Laß ihr' Arbeit wolgelingen/  
Gib auch den Genaden-Lohn/  
Laß sie der mahl eins erringen  
Die durch dich erworbnen Cron/  
Vnd wenn sie von hinnen reisen  
Wirstu sie zum Himmel weisen.

Christophorus von Lohen/  
Thuring.





Herr Magister Hieronymus Ernst/

Anagr.

Ist mir ja ein großer Stern umher:

**D**u Musen Stern/der du vor diesem bist auffgangen  
Da wo die Gehra Land vnd Weinberg hat umbe-  
fangen/

Bist nicht begnügt / daß dort dein Liecht ist auffgesteckt  
Dein Glantz/ nach Sternen Art / sich noch viel weiter  
streckt.

Der selb' hat auch so wol in Engelland geleuchtet/  
Welchs sonst umb vnd umb das grosse Meer befeuchtet/  
Als auch in Niederland / da Phoebus seine Stadt/  
Nicht ohne klugen Sinn/ ihm selbst erwehlet hat.  
Auch vnser hohe Schul in deinem Glantz pranget/  
Dier/ nebens andern / auch durch dich Aufwachs erlanget  
Vnd deines Liechts sich frewet. Du müssest immer seyn/  
So lang' auß Himmels Rund' umbläufft der Sone-  
nen-Schein.

Id.



9



Nr 2471

ULB Halle

3

006 699 219




1077



Faint, illegible text on a paper label on the right edge of the book cover.







830

Solenni Nuptiarum festivitati

Quam  
Clariss. atq. Excellentiss.

**Dn. M. HIERONYMVS  
ERNESTI,**

Linguarum orientalium in Academia Electorali  
Regiomontana Professor P.

Et  
Omni sui sexus Virucum genere lectissima  
& conspicua femina

**ANNA Colbin /**

Viri Reverendi Clarissimi atq. Humanissimi  
**Dn. M. GEORGII MYLII,**  
Pastoris olim Brandeburgensis Vigilantissimi relicta vidua.

Die 17. Novemb. celebrabunt  
gratulantur

Fautores & Amici.



REGIOMONTI.  
Typis REUSNERIANIS 1642.

